



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 47. Galliarum Regis fœdus a Cæsare recusatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

„ habes Guidonem de Rupifortio servum <sup>Sacra</sup> XV.  
„ tuum humillimum. „ <sup>A.C. 1499.</sup>

§. XLVII.

*Galliarum Regis fædus a Cæsare  
recusatum.*

Ceterum non æque expedita erat Galliarum Regis reconciliatio cum Maximiliano Imperatore; hunc enim Ludovicus Sfortia non modo copiosis pecuniarum subsidiis sibi adjunxerat, sed Cæsaream Majestatem suam firmioribus etiam vinculis sibi obstricturus, eidem quinqaginta aureorum millia dono dedit, Insuper trecenta millia per Commissarium a mensariis exigenda Imperatori submisit, quibus pecuniis in istius ditionibus milites conscriberentur: frustranei tamen erant utriusque conatus; Comes enim Fuxiensis Fluvii Savonis littora tam sollicite tuebatur, ut Germani tentato sæpius transitu semper repulsi fuerint, demum vero eorum exercitus, cum ob annonæ penuriam castris suis excedere cogeretur, re infecta dispergebatur; hæ tamen copiæ postea collectæ Helvetiis arma inferebant, qui pagos suos latius protendentes jamjam Basileensem Rempublicam, ac nonnullas Imperii urbes ditionibus suis adjungebant, tanta que animi fortitudine parta tuebantur, ut

Sæcul. XV. ut nec ipsi Germani vel unicam urbem  
A. C. 1499. eisdem eripere valerent.

## §. XLVIII.

*Fœdus Galliarum Regis cum Sabaudia Duce, & Helvetiis.*

Igitur Rex Cœsarem ad suas partes inclinare desperans, armorum sociatem paciscitur cum Philiberto Sabaudiæ Duce, ut per ejusdem ditiones tutum sibi transitum aperiret, præterea ad armatam inferenda, quam repellenda fœdus cum Helvetiis inibat, hi vero vicissim cum Ludovico Sfortia amicitiae omnino nuncium mittere pollicebantur. Ex illo temporis articulo Sfortia imminentis amittendi imperii discrimen præsensit, cognovitque infiriam sibi in vicinorum Principum auxilio spem esse repositam, quod potissimi eorum in illum iracundiam conciperent, ejusque perfidias aperto odio insectarentur.

## §. XLIX.

*Turcæ a Sfortia in opem vocati.*

*Marian. lib. 27. n. 17.* Sfortia inter tot arcta prehensus, opem a Turcis petere, nulla se religione prohiberi existimabat, ac Fridericum Neapolis Regem sollicitabat, ut Legatum Constantinopolim mitteret, qui cum Ora-